

Sunt autem armorum vsitatorum genera varia, quorum praecipua nomina, ut maxime potero, propria recensebo.

Düffsäcken,
Sebel,

Primum in vsu est Düffsäcken, quod genus uocari licebit Acinaten siue Harpen, forma etenim conuenit: praeterea à Thyssagetis populis in Scythia uel. P
tra Sauromatas, qui sicuti Persae tam breuibus falcatis seu incuruis ensibus R
usi sunt, germanicum nomen uidetur esse translatum. Quo

ad ipsum exercitium, siue effectus consideretur, siue ipse certandi modus, non multo dissimile uidetur à caestuuum pugna, si modo caestus fuit genus clauae, ut uolunt aliqui. Aliter autem describit et ex antiquissimis monumentis depictos proponit Doctissimus Hieronimus Mercurialis lib: 2 de arte Gymnastica cap: 9. Quam descriptionem et Virgilius uidetur approbare, inueniens:

Tum satius Anchisa caestus pater extulit aequos
Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Nec